

54. Cùm Stephanus staret in Concilio Iudæorum prædicans Christi magnalia. In uidentes eum omnes, qui sedebant in Concilio, uiderunt faciem eius tanquam faciem Angeli, Actor. 6. num. 15. quomodo autem ipse tanquam Angelus uideretur, explicat D. August. serm. 99. de Diuersis, ait faciem Sephani radiasse instar solis. Et D. Hilarius Arelatenf. homil. de S. Stephano, inquit: Cùm haberet in se Spiritum sanctum, os per se gestabat Angelicum. Vnde inquit communiter Recentiores, Lorinus, Cornelius à Lapide, quod Deus contulit D. Stephano nouum, & mirum splendorem, & quasi radios corporis gloriosi. Tamen contra eum insurgunt viri iniqui, qui proteruè asseuerant se audisse eum dicentem uerba blasphemie, in Moysen, & in Deum, ibidem num. 11. Et postea extra ciuitatem eiecerunt; eumque lapidauerunt; facies Angeli apparebat nimia luce, ac ueluti supernaturali emicabat, & tamen è concilio maligno impetu Iudæi in eum insurgunt, ut blasphemias, ac lapidibus eum apperant. D. Augustin. serm. 93. de Diuersis cap. 2. Amicus Christi Stephanus cum dixisset causam suam, prædicauit ueritatem Domini sui; moriturus erat. Post pauca subdit: qui in agone suo lapidabatur. Audita ueritate ex ore Stephani, efficacior fuit circumstantium malitia, ut eorum linguas ad blasphemias, manusque ad lapides prouocaret, quam præsentia Angeli radiis, ac nimia luce fulgens, ut sibi reuerentiam, ac uenerationem conciliaret; & compararet.

A. & Or. 6. August. Hilat. Lorin. Corncl. Præsentia Angeli non cobibet, ne lapides, ac blasphemias in ueritate sagittentur. August. 55. Ammonius. Euthym. Theophyl. Leodr. D. Thom. Bonau. Samaritani Regem adulerant. 4. Reg. 17. 56. Rupertus. Ioan. 4.

QVÆSTIO XI.

Quare Dominum Iesum Iudæi Samaritanum uocant?

55. D quaestionem respondet primò Ammonius in catena Græca: Dominum, ait, uocabant Samaritanum Iudæi; quia legalia mandata non obseruabat, ac Sabbatum soluere: Samaritani namque nõ omnino accuratè iudicabant. Euthym. Vocabant, inquit, Iudæi Christum Samaritanum, ut ipse non exactè seruauit legem, sicut illis uidebatur, neque traditiones seniorum, tales siquidem erant Samaritani. Idem docent Theophylact. Leont. D. Thomas, D. Bonauent. & ait, Dominum Iesum pro magno opprobrio, ac contumelia Samaritanum dixerunt, nam Samaritanus, idem erat apud Iudæos, ac hæreticus, schismaticus, & apostata; nam Samaritanus partim erat Iudæus, & partim Gentilis; Samaritani enim à Iudæis deficientes extulerunt templum in monte Garizim, tanquam æmulum, & oppositum templo Iudæorum Ierosolymitano, in eoque simul cum uero Deo Iudæorum adorabant falsos Deos Assyriorum, à quibus originem trahebant 4. Reg. 17. De hoc latè tractaui tom. 2. c. 5. quaest. 4. & 16. Cùm ergo Christus Dominus uideretur Scribis, Phariseis partim Iudæus, partim & alienus, nouam enim fidem, ac religionem prædicabat, uidebaturque legum, ac maiorum traditiones admittere, sicut Samaritani, qui Iudaismum miscebant, & corrumpabant Gentilismo. Et hæc est præcipua, ac germana ratio: Secundò. Rupertus lib. 9. in Ioan. Pro eo, ait, quod apud Samaritanos biduo mansit, & docuit. Ioan. 4. num. 40. ideo Dominum Samaritanum sunt nuncupati. Oculos coniciunt Iudæi ad lo-

quelam cum muliere Samaritana, ut inde ipsi calumniam expiscari sibi uidebantur, non tamen considerant mirabilem conuersionem, quam Dominus in ipsa muliere egit, eticiens eam à suis prauis moribus, ac erroribus, & ad fidem adducens; iniquorum hominum sane ingenium, qui solum mente aduertunt ad id, quod ex sua falsa præsumptione defectuosum eis iniquè uidetur, non uerò ad id quod iustum, rectum, & ac sanctum apparet. Curato cæco à natiuitate dicebant quidam ex Phariseis, Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit. Ioan. 9. num. 16. Ut calumnientur Domini facta Sabbatum commemorant, diuinam, ac admirabilem curationem homini impensam præmittunt, ut cap. sequenti ex Chrysof. multis expendam. Tertio. Albertus Magn. Dominus in parabolis Samaritanos laudauit, & extulit in miraculis. In parabolis. Samaritanus quidam descendit approprias: & alligauit vulnera eius, qui incidit in latrones, cum à Leuita pertransiente derelictus esset, Luc. 10. num. 32. In miraculis sicut in curatione decem Leprosorum, ubi laudauit eum, qui rediuit, cum gratiarum actione. Et dixit illum esse Samaritanum, Luc. 17. num. 16. Ex his dixerunt eum factum esse Samaritanum: ex illis enim quæ quis appropiat, & loquitur, eius animus multoties appenditur, ac æstimatur, præcipuè quia multum dolebant Iudæi, quod Dominus Samaritanos inimicos suos eis anteponeret. Quarto. D. Thomas. Iudæi, ait, hoc de Christo dicebant: Samaritanus es tu, quia Samaritana gens odiosa erat populo Israëlítico, eo quod decem tribus in captiuitatem ductis, terram eorum possidebant. Ut dixi mus tom. 2. citato cap. 5. Non enim coütuntur Iudæi Samaritanis. Ioan. 4. num. 9. Quia ergo Christus Iudæos arguens credebatur à Iudæis, quod hoc ex odio faceret, ideo eum Samaritanum, & quasi aduersarium reputabant. Ex eo quòd Christus D. Iudæorum peccata argueret, eisque monita salutis dabat, inde iniquo odio in ipsum insurgent, eumque tanquam inimicum reputabant. Quintò. Maldonatus. Iudæi Christum uocabant Galilæum, Ioan. 7. num. 41. & 52. eo quòd conceptus, & educatus erat in Nazaret, quæ est urbs Galilææ. Galilæi autem vicini erant Samaritanis, unde quasi similes, vel iidem pari loco, & uilitate à Iudæis habebantur ex suis uicinis eos diuidicabant. Deinde perpende, quàm inconstantes sint iniqui, nam Iudæi modò Christum uocabant Galilæum, modò Samaritanum. Sextò. Origenes tom. 20. in Ioan. Dignum est querere, ait, quomodo cum Samaritani secula futura denegent, nec animæ durabilitatem acciperent; ausi sunt Iudæi Samaritanum dicere Saluatorem, qui de Resurrectione, & iudicio tot, & tanta docuit: perpende sequentia uerba: Sed forsitan uelut improprietates illi hoc dicunt, dum qua sentiuunt ipsi non docet. Qua mente, uel consideratione uocabunt Iudæi Christum Samaritanum, nam Samaritani corporum resurrectionem, animæ immortalitatem, ac uitam futuram denegabant; Christus autem Dominus frequentissime corporum resurrectionem animæ immortalitatem, ac futuram uitam prædicabat, Ioan. 5. num. 26. Et procedent, qui bona egerunt in resurrectionem uitæ, qui uerò mala in resurrectionem Iudicij. Ioan. 6. num. 40. Ut qui credit in eum habeat uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et iterum ibidem num. 59. Qui manducat hunc panem uinæ in æternum. Quomodo

Iniqui non considerant uirtutem, sed id quod defectum iudicant. Ioan. 9. 57. Alb. Magn. 58. D. Thom. 59. Maldonat. Iniqui inconstantes. 60. Origenes. Ioan. 5. Ioan. 6.

modo ergo eum, qui tam contrariam doctrinam Samaritanis docebat, Samaritanum, seu hæreticum, idem enim apud eos sonabat, appellant? ait Origenes: Sed forsitan uelut improprietates illi hoc dicunt, dum qua sentiuunt ipsi, non docet. Christus altam, & sublimem doctrinam dabat supra legem, ac contra deprauatum intellectum Iudæorum circa legem, cum autem ipsi essent enutriti in lege, ac in suis erroribus, cum nouam doctrinam, etiam si uerissimam audiant, in eius Doctorem insurgunt, eumque Samaritanum, ac hæreticum suggilant. O Sapientia error, qui apud aliquos literatos serpit, sicque suæ scholæ, suorumque magistrorum doctrinæ tenaciter adhærent, quod cum nouam, etiam si uerissimam audiant, eam tanquam schismaticam, ac hæreticam inclamant, ac diffamant. Septimò: ad eadem Origenis uerba: Si Christus Dominus tam aduersam doctrinam erroribus Samaritanorum de corporum resurrectione, animæ immortalitate, ac uita æterna docebat, ut modò expendi, quomodo Samaritanum nuncupant eum Iudæi? Sed forsitan, ait Origenes, uelut improprietates illi hoc dicunt, dum qua sentiuunt ipsi, non docet. Multa maleuolentia Iudæi Christo aduersabantur; & qui te odio infestantur, tua magnalia, & egregia facta, ac sublimem doctrinam & sapientiam non intelligunt, & capiunt, imò omnia in contrarium sensum extorquent, & percipiunt. Dicebat Christus homines surrecturos in nouissimo die: Iudæi autem odio obtenebrati, non solum uerba non intelligebant, sed etiam maligne in contrario sensu interpretabantur, ut eis uideretur cum Samaritanis conuenire, & resurrectionem negare. Tanta caligine, ac tenebrarum confusione odium mentem opprimit, & inuoluit, ut præclara aliena facta, & uerba, aliter ac sunt appetiunt, & credantur. Perbellè Plutarch. lib. de odio, & inuidia. Odium appellauit agritudinem oculorum. Ait Seneca Epistol. 71. Aliquorum uidebitur uirtutum esse, quod nostrum est. Sic quedam rectissima, cum in aquam dimissa sunt, speciem curui præsestant, que uidentibus reddunt, non tantum quid uideas, sed quemadmodum refert animus noster ad uera perspicienda caliget. Illud, quod rectum, & integrum est uisum turbine aquarum fractum, & dissolutum censetur. Sic odium res mutat, & transuerterit, ut id quod rectum est, maleuolentiæ caligine fractum uideatur. Cùm Aman intellexisset à Rege Aluero sibi paratum esse malum mortis, corruit super lectula, genibus flexis Reginae pietatem, & elementiam implorans, quod cum uidisset Rex ait: Etiam Regnam uult opprimere, ne presente in domo mea, Esther. 7. num. 8. Ex gestu, & uerbis fiebat euident, quomodo Aman commiserationem, ac intercessionem exposcebat. Tamen animus Afluero cum odio ferueferet pietatis uerba instrumenta crudelitatis protulit. D. Athanas. in synopsi: Aman, ait, cum regem maxore affectum, & ira commotum propter indignum contra Iudæos facinus uidisset; illo absente; regina supplicauit, ad genua illius procumbens. Rex cum ingressus uideret Aman genua regine contingere, suspicatus, quod id turpitudinis causa faceret, iussit eum in ligno suspendi. Iobus multis calamitatibus oppressus ait: Pereat nox, in qua dictum est, conceptus est homo, sit nox illa solitaria, nec laude digna, & tunc subdit. Maledicant ei, qui maledicunt diei. Iob. 3. num. 8.

Multa indagine locus requirit, quid est quod cum Iobus noctem suæ natiuitatis maximè execrabilem exoptet, non maledicentes nocti, sed diei conuocat? Qui maledicunt diei. Cur non potius probra in noctem iactantes? nam tanquam illius maximè aduersarij, multa aduersus suæ natiuitatis noctem buccinabant; cur solum a seiscit claræ diei uituperatores? Perquirebat Iobus summum odium, summam maleuolentiam, extremamque linguæ maledicentiam in suam noctem. Non noctis, sed diei uituperatores conuocat. Qui enim noctem execrationibus infectantur, multa maledicta in eam coniciunt, eius tamen tenebras, & earum obscuritatem, ut tenebras iudicant; at diei detractores, eius lucem, ac meridianum splendorem, tanquam tenebras noctis mediæ appendunt; nullum enim potest esse acerbius maledicendi genus, quàm illud, quod lucem fatagit uertute in tenebras, & opprobria, quæ in noctem ob suam densam obscuritatem iactantur, in diei fulgorem transfertat, sicque uirtutem obnubilare intendat, ut in eum, tanquam in uitium maledicta contorqueat. D. Thomas: Qui maledicunt diei, uult significare lucem esse malis odiosam. Vehementer Satrapæ, ac principes prouinciarum instarunt cum Dario Rege, ut Daniel mitteretur in lacum leonum, ex quo mirabiliter diuina uirtute illæsus exiuit; qui autem accusauerunt Danielem missi in lacum statim à leonibus deuorati sunt, Daniel. 6. num. 24. Postea uerò euolutis aliquibus annis, regnante Cyro, uel Balthasare iuxta varias opiniones, cum Daniel euertisset idolum Belem, & Draconem quemdam, quem Babilonici adorabant, occidisset; irruerunt sacerdotes in Regem, & Danielem miserunt in lacum leonum. c. 14. num. 30. Quomodo fieri potest, ut tam uehementer sacerdotes instarent, ut Daniel in lacum mitteretur? ipsi optimè agnouerant, quomodo iam semel propheta à tanto periculo superstes euasisset, & quod eum accusantes damnati interierunt; ac proinde bene poterant coniecturare, quod similiter, & secundò res euentura esset; cur ergo pro eo coniciendo in foueam tanto conatu uerba faciunt? Tanta est rei difficultas, ut existimauerint aliqui apud D. Hieronymum in Prologo duplicem fuisse Danielem, unum sub Dario leonibus expositum, alterum sub Cyro; communiter tamen Ecclesia tenet unum tantum fuisse Danielem, & optimè soluitur nodus quaestionis, si textus expendatur. Nam primò Daniel sub Dario in leonum ergastulo est clausus per unam tantam noctem; nam rex usque ad occasum Solis laborauit pro liberando Daniele. c. 6. n. 14. Et sequenti die primo diluculo festinus perrexit ad lacum. At uerò secunda uice sub Cyro, uel Balthasare, miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex, cap. 14. num. 30. Cur modò sex diebus, cum antea una tantum nocte fuerit? Sacerdotes cum essent crudeles Danielis hostes forsitan putarunt, quod ipse à leonibus prima uice euasisset, non uirtute, ac iustitia sua, sed amici regis arte, & industria, nã sub occasu Solis in cloachâ missus est, cum leones illius abundè saturati, quo maximè mites sunt, ut ex Aristotele, Plinio, Gellio, Perterio, refert Cornelius à Lapide, cap. 6. Danielis uers. 22. & ideo antequam fames subcreferet, ualde diluculo à rege ereptus est; decreuerunt ergo sex diebus ibi eum manere, ut fame uigente Daniel à leonibus dilaceratus periret, pro certo statuentes Prophetam illæsum ex primo con-

Multi dicunt hæreticam doctrinam suæ scholæ contrariam. 61. Origenes. 62. Scheca. 63. Iob. 3. Athanas. Esther. 7. Iniquum reum indicat fractum. 58. D. Thom. 59. Maldonat. Iniqui inconstantes. 60. Origenes. Ioan. 5. Ioan. 6. 64. Hieron. Daniel. 14. Aristot. Plin. Gel. Corncl.

Extremam malitia lucem appendere in tenebras. D. Thomas. 64. Daniel. 6. Daniel. 14. Daniel. 14. Hieron. Daniel. 14. Aristot. Plin. Gel. Corncl.



Iniqua virtutum cum miraculis reputat inuentum.

fictu exiisse non sua probitate, sed industria; taliter odium animum excæcat vt virtutem, ac iustitiam miraculis comprobata, non virtutem, sed artem, & inuentionem reputet.

QVÆSTIO XII.

Quare de Christo Domino dixerunt eum Dæmonium habere?

65. D.Thom. Tolet.

VD E I dixerunt de Christo Domino esse Samaritanum, ac dæmonium habere, vt inquit D. Thomas, Toletus, & alij, vt arguant eum de peccato contra illud, quod dixerat, quis ex vobis arguet me de peccato. Mendacis, blasphemis, ac contumeliis se Iudæi contra veritatem opponunt, & valde impudentem dicunt eum dæmonium habere.

66. Theophyl. Albert. Mag. Bonauent. Hago.

Primò. Theophylact. Albertus Magn. D. Bonau. Hugo & alij, quod Iudæi sic blasphemarunt, quia miracula, quæ faciebat Christus Dominus, ac cogitationes eorum, quæ reuelabat, non attribuunt virtuti diuinæ in Christo, sed arte dæmonum ipsum ea facere suspicabantur. Vnde dicebant: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia, Luc. 11. num. 15. tanto odio cæcitatebant, vt clarum Christi virtutem tantis miraculis demonstratam arti dæmonum tribuerent. De quo dixi in fine superioris quæstionis.

67. Leont. Euthym.

Secundò. Leontius, Euthym. qui ait; Dæmonium habentem dicunt, tanquam Dei honorem in se ipsum deriuantem. Christus prædicabat se Deum esse, Luciferantem appetiuit, quod Deus esset, Deique gloriam sibi vindicare affectauit. Sed vt subdit Euthym. Christus Dominus in veritate Deus erat, Dæmones verò falsi seductores; Iudæi autem hoc conuictum dicunt in Christum, nam cum ipsi furati essent optimorum Magistrorum, ac Doctorum legis honorem. Amant primas Cathedralas in Synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, Matth. 23. num. 6. Cum tamen non essent veri, sed iniqui magistri, inde ex se ipsis falsò de Christo coniecturant, quod Dei honorem sibi arripere: sicut ipsi magisterij primatum furabantur.

Matth. 23. Pharisæi ex se indicant de aliis.

68. D.Thom. Origenes.

Tertid. Origenes tom. 20. in Ioan. Dæmonium illum habere dicebant Iudæi propter eius sermones transcendentem capacitatem humanam, quibus Deum Patrem suum asserabant, & se de celo descendisse, & cætera huiusmodi. Nam vt subiicit D. Thom. consuetudo autem rudium est, quod cum talia audiunt, quæ ipsi non capiunt, diabolica, ac deliramenta reputant.

Quod non percipimus deliramenta putamus.

69. Gregor. Nazianz.

Quartò. D. Gregorius Nazanz. Orat. 1. contra Iulian. Dæmonium habes, dicunt, veluti si dicerent; deliras, insanis, perinde ac lunatici, & energumeni à dæmone agitari delirant, & insanunt. Sic enim dicitur infra cap. 10. Ioan. 20. Dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis? & cap. 7. Ioan. num. 20. Dæmonium habes, quis te querit interficere? Proh dolor! cum verus Magister viam salutis ostendit, ab iniquis reputatur insanire, & delirare. Vide tom. 1. lib. 3. cap. 3. quæst. 5. num. 25. & 26.

Ioan. 10. Ioan. 7.

Qui verum dicit insanus reputatur.

70.

Quintò. Christum Iudæi appellant Samaritanum, & Dæmonium habere, ac si diuina opera, præclara miracula, infinitam sapientiam, quæ in Christo Domino relucebat, dæmonio attribue-

rent, seu arte dæmonis edita esse astruerent, iuxta Patres relatos in prima ratione huius quæstionis; ex hoc tamen magna pullulat difficultas, potius volebant Iudæi, vt magna Christi opera extraneis, ac alienis Samaritanis, diabolique etiam attribuerentur, quam Christo Domino eorum patricio, conciuui, amico, & consanguineo: Sæpe sapius tam deprauata est humana conditio, vt magna, & præclara potius in extraneo, & etiam diabolo gratiora sint, quam in patricio, & consanguineo, de cuius præcellentia multoties grauius dolemus. Cum Saul vnctus esset in Regem, & reperisset patruum suum, ei aperuit causas sui itineris, ac inuētus asinas. De sermone autem Regni, non indicauit ei quem locutus fuerat Samuel, 1. Reg. 10. n. 16. Quamuis enim vnuerfus populus regem postulasset à Samuele, 1. Reg. 8. num. 4. tamen Saul patruo suo non manifestauit suam electionem; timens ne patruo gratior esset promotio alicuius extranei, quam ipsiusmet consobrini. Ioseph. lib. 6. Antiq. cap. 4. De regno eius, ait, & eius euentibus, quæ etiam si audirentur, & inuidiam, & incredulitatem parerent, tacendum decreuit: quod amico, & amplius sanguinis vicinitate coniuncto, tantum, vt sapiens credidit non indicare, dubitans, vt reor, de humana natura, quippe cum verum sit, quod perfectè nemo deuotus est, neque amicus, neque cognatus, neque vsquam in Dei donis purum aliquis seruat affectum: sed circa prouentus sublimium, maleuoli, & inuidiosi esse noscuntur.

Aliqui potius excipiant honores extraneo, quam patricio.

1. Reg. 10.

1. Reg. 8.

Iosephus.

71.

Sacratissimo Passionis tempore ostendit Pilatus Christum Iesum populo dicens: Ecce Rex vester. Instanter clamant omnes: Crucifige eum. Tunc ait illis Pilatus, regem vestrum crucifigam? Illi verò magnis vocibus clamant: Non habemus regem nisi Cæsarem, Ioan. 19. num. 15. Res valde mira? Christus Iesus ipsamet sanctitas, ac puritas. Cæsar tyrannus, vitiosus, ac diaboli membrum; Christus patricius, naturalis, ac cognatus; Cæsar verò alienus, & extraneus: tamen tanto odio Christum prosequantur, vt potius sibi vellent regem extraneum, tyrannum, diaboli membrum, quam Iesum eorum patricium, omni sanctitate, ac mansuetudine præclarum. Albert. Magn. Ecce negant Christum regem, & dicunt Cæsarem, qui erat alienigena.

Ioan. 19. Iudæi potius volebant Cæsarem alienigenam regem, quam Christum.

Albert.

71.

Duo illi celebres parentes tribus Leni Amaram scilicet, & vxor eius Iochabed duos habuerunt filios, cum in Ægypto impia quædam lex vigeret, quod omnes masculi Hebræorum partu editi interficerentur. Nascitur puer Aaron, suorum parentum industria occultatur per cognatos, amicos, & vicinos, ne morti tradatur. Nascitur, & puer Moyses; tamen eius parentes illum non valent abscondere, nisi tantum tribus mensibus, postea verò flumini exponunt: abscondit tribus mensibus, cumq; iam celare non posset, exposuit eum in caretto ripe fluminis, Exod. 2. num. 2. Grauis mihi difficultas. Cur sicut hi optimi parentes absconderunt puerum Aaron per familiares, & consanguineos, ne morti occumberet, cur eadem iam explorata via puerum Moysen non occultant? Et sicut cognati, ac amici misericordiâ sunt commoti super Aaron, cur eandem Moysi non impendunt commiserationem? Nota: quod Aaron speciem quandam cuiusdam hominis vulgarem præ se ferabat; at de Moysè dicitur: Videns eum elegantem aspectu. Erat valde pulcherrimus, ita vt ait Ioseph. lib. 2. Antiquit. cap. 5. quod eius aspectu omnes obstupescerent. Philo Iudæus de eo testatur, lib. 1. de Moysè: Natus Insans, ait, & vrbaniorem præ se ferebat vul-

Exod. 2.

Ioseph.

Phil.

71.

Contra præclarum vtrum omnes, qui & vulgari homini sunt defensores.

am, quam quis de priuato homine suspicari possit. Sicque omnes videntes Moysen dicebant illum puerum futurum præclarissimum virum, ac magnatum rerum operatorem. Aaron qui tanquam quidam vulgaris homo apparebat amici, & cognati sunt in eius tutamen, & auxilium, ne perimatur. At verò Moyses, qui præ se magnarum rerum prognosticū fert, ab omnibus deseritur, nullus est familiaris, ac vicinus, qui ei velit optulari, sed ab omnibus destituitur, & in flumen proficitur, & nisi adsit aliqua Dei prouidentia particularis suffocabitur, ac vita priuabitur. Huc respexit Rupertus lib. 1. in Exod. cap. 8. reddens causam cur puer flumini traditur, & inter cognatos non seruat, ait: Ne propter elegantiam eius, quæ iam ardere cæperat, magis inflamaretur inuidia.

Rupertus.

Ioan. 8. n. 49. Respondit Iesus: ego dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meū, & vos inhonorastis me.

EXPOSITIO IX.

Pagninus. Honore afficio Patrem meum, & vos ignominia affecistis me.

Vatablas. Cohonesto Patrem meum. Syriacus. Vos autem opprobrio me affecistis.

EXPOSITIO IV.

73.

RESPONDIT Iesus, ac serena voce. Magnus animus inter opprobria stat firmus, ac imperturbatus; & falsam calūniam vera responsione confutat. Ego dæmonium non habeo. Nihil enim facio, & dico dæmone auctore, quod optimo, & efficaci argumento probat. Sed honorifico Patrem meum. Verum scilicet Deum honorifico. Primò D. August. Beda Per opera sancta, iusta, & aliena à peccato, ac dæmone. Secundò Theophylactus; honorifico, cum vlciscor, ac damno homicidia, mendacia, &c. dæmonifque opera. Tertid valde genuinè Leontius. Dæmonium non habeo. Ego gloriam Dei non mihi vsurpo, vt facit Dæmon vig. Lucifer. Sed honorifico Patrem meum, omnia enim mea dicta, & facta in ipsum refero, meque ab eo esse missum testor, meque illi in omnibus obedite prædico; doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me. Ioan. 7. num. 16. Hoc syllogismo totam rem declaro. Qui dæmonium habet, non honorat Deum, sed honorem detrahit à Deo, Christus honorat Patrem, ergo non habet dæmonium, sed est verus filius Dei. Et vos inhonorastis me. Supplet Euthymius, Appellantes Samaritanum, & dæmoniacum. Et sensus est, vt ait Hugo. Vos inhonorastis me; qui me deberis honorare, saltem propter hoc quod honoro Patrem, qui enim Deum honorat, multum venerandus est.

August. Beda. Theophyl.

Leont.

Ioan. 7.

Euthym.

Hugo.

QVÆSTIO XIII.

Quare auditis tot blasphemias Christus non durè, vt alibi fecerat, sed mansuetè responderet?

74.

MIRABILIS est Christi mansuetudo in tantis blasphemis, & contumeliis auditis,

cum veraciter, quod falsò in eum Iudæi obiecerant, posset retorquere, vos dæmonium habetis, nil tale fecit, ac dixit, multa mansuetudine sustinuit, vt tanto eius præposito exemplo. Quilibet nostrum ait D. August. tract. 43. eius imitetur patientiam. Ad quæstionem

Christi mansuetudo.

August.

75. Chryso.

Respondet primò Chrysofom. homil. 54. in Ioan. Dicentibus illis, ait, Patrem Deum, & Abraham habemus: in eos inuictus est vehementius: Cum verò habere dæmonium insinulatur, lenissimum se exhibet: ad nos erudiendum, vt que ad Deum pertinent, maiore in modum defendamus: que ad nos, contemnamus. Cum Iudæi in isto sermone dixerunt supra, Pater noster Abraham est; hoc cap. 8. Ioan. num. 39. & iterum unum Patrem habemus Deum. ibidem. num. 41. grauius, & dure eos increpat Christus. Vos ex parte diaboli estis. Cum verò hic blasphemant de Christo, Dæmonium habes; cum multa lenitate sustinet opprobrium; docens nos plus dolendum de Dei iniuria, quam de nostra: nostram dissimulandam, ac prætereundam, pro Deo verò acriter pugnandum, ac decertandum esse.

Plus d'indum de Dei iniuria, quæ de nostra.

76. Chryso. Matth. 12.

Secundò. Idem Chrysof. homil. 44. in Matth. componens hunc nostrum textum, cum illo Matth. 12. num. 3. vbi dicitur: Accesserunt ad Iesum Scribae, & Pharisæi, dicentes: Magister volumus à te signum videre. Qui respondens ait illis: generatio mala, & adultera signum querit. Tunc sic subiicit S. Chrysofom. Ita cum illi asperè, & contumeliose loquuntur, inuidius, atque humiliter respondet: cum verò assentantur, tunc non mediocri vritur acrimonia, omni se perturbatione superiorem ostendens. Veluti enim tunc nulla ira concitatur, eodem nunc modo adulationibus non delinuitur. Cum Dominus Samaritanus, ac dæmoniacus nuncupatur, placide respondet, dæmonium non habeo, cum verò proclamatoria voce Magister nuncupatur, ac laudatur: Magister volumus à te signum videre, Valde acrem se præbet, docens nos plus cauendum esse à laudibus, ac adulationibus, quàm à iniuriis, & contumeliis. Prouerb. 27. num. 14. Qui benedicti proximo suo voce grandi de nocte confurgens, maledicenti similis erit. Tigurina habet: Laudanti proximum suum magna voce. Septuaginta: à maledicente nihil differre videtur. Quod R. Leui sic exponit, tum quis elata voce amicum suum sic sollemniter laudat, vt singulis diebus summo mane ad hoc confurgat, similem maledicenti producit effectum, sicut enim à maledictione extrema auiditas prouenit, sic & ab huiusmodi laudatoria voce. Beda. Qui amicum suum fauore superfluo laudis extollit, hic maledicenti assimilatur, quia plurimum ledit eum.

Plus cauendum ab adulatione, quàm ab iniuria.

Prouerb. 27.

Tigurina. Septuaginta.

R. Leui.

Beda.

77. Gregor.

Tertid. D. Gregorius homil. 18. in Euangeli a. Ecce iniuriam, inquit, suscipiens Deus, non contumeliosa verba responderet, cum à proximis contumeliam accepisset, etiam eorum vera mala tacere debes, ne ministerium iuste correptionis in arma vertatur furoris. Christus Dominus datus est à Deo Patre omnium, Doctor & magister. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius. Psalm. 2. num. 6. Erat Christus in præsentem exercens suum prædicatoris manus, tunc multis iniuriis appetitur à Iudæis, ipse autem placide dissimulat, ne videretur manus sibi commissum in instrumentum vlciscende iniuriæ vertere. Iudicabat Moyses populam suam. Sedit Moyses, vt iudicaret populum, Exod. 18. n. 13. dicebat vnicique ius suum tam circa propriam

Psalm. 2.

Officium non sit instrumentum ad vlciscendum.

Exod. 18.